Spath, C.
Analecta critica ad Lucianum

ANALECTA CRITICA

AD

LUCIANUM

SCRIPSIT

O. SPATH.

Wissenschaftliche Beilage
zum Programm des Grossherzoglichen Gymnasiums Bruchsal 1896.

Freising 1896.
Dr. Franz Paul Datterer, Buchdruckerei.


LIBRARY
JUL 13 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

Praeceptoribus dilectissimis

F. v. Duhn, F. Schöll, G. Uhlig, C. Wachsmuth.

I.

1. Initium faciam detegendi interpolatorum fraudes a Philopseude.

Verberat hoc dialogo Lucianus absurdam suae aetatis superstitionem, cuius ne ei quidem expertes fuisse videntur, qui philosophos se existimari volebant. Sic autem rem instituit, ut confabulationes eiusmodi philosophorum a Tychiade quodam, qui illis supervenerit, faciat amico narrari. Ac primum quidem Tychiades narrat (cap. 7—12) confabulatos illos esse de miris sanationibus: se obloqui esse conatum, sed statim unum ex illis ita in se esse invectum:

B. I, 213. cap. 9. *δοκεῖς οὐδὲ τὰ προφανέστατα ἂν παραδέξασθαι ταῦτα, τῶν ἐκ περιόδου πυρετῶν τὰς*
F. I, 2, 110. *ἀποπομπὰς καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰς καταθέλξεις καὶ βουβώνων ἰάσεις καὶ τἆλλα*
J. III, 198. *ὁπόσα καὶ αἱ γραῖες ἤδη ποιοῦσιν.*

Se respondisse: *ἢν γοῦν μὴ πείσῃς πρότερον ἐπάγων τῷ λόγῳ διότι φύσιν ἔχει γίγνεσθαι οὕτω, τοῦ τε πυρετοῦ καὶ τοῦ οἰδήματος δεδιότος ἢ ὄνομα θεσπέσιον ἢ ῥῆσιν βαρβαρικὴν καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ βουβῶνος δραπετεύοντος, ἔτι σοι γραῶν μῦθοι τὰ λεγόμενά ἐστιν.*

Sed ab illo his verbis se esse repulsum:

cap. 10. *σύ μοι δοκεῖς . . . οὐδὲ θεοὺς εἶναι πιστεύειν, εἴ γε μὴ οἴει τὰς ἰάσεις οἷόν τε εἶναι ὑπὸ ἱερῶν ὀνομάτων γίγνεσθαι.*

et iam alium perrexisse:

cap. 11. *ἔα τοῦτον. ἐγὼ δὲ ὑμῖν θαυμάσιόν τι διηγήσομαι . . .· ἧκέ . . τις ἀγγέλων τῷ πατρὶ Μίδαν τὸν ἀμπελουργὸν . . . ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντα κεῖσθαι . . .· τῶν φίλων τις παρελθὼν „θάρρει“ ἔφη· „ἐγὼ γάρ σοι ἄνδρα Βαβυλώνιον . . . μέτειμι, ὃς ἰάσεται τὸν ἄνθρωπον“. καὶ . . . ὁ Βαβυλώνιος ἀνέστησε τὸν Μίδαν, ἐπῳδῇ τινι ἐξελάσας τὸν ἰὸν ἐκ τοῦ σώματος.*

Haec narratio duo concepit vitia.

Vides in hac tota parte agi de sanationibus. At *ἑρπετῶν καταθέλξις* estne sanatio? Minime. Attamen crediderunt interpretes eiusmodi sensum inesse in illo *καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰς καταθέλξεις*, nam vertit exempli gratia Wieland: „Mittel den Biſs giftiger Tiere unschädlich zu machen“, alius vero[1]): „Die Linderung der Schmerzen und das Heilen der Schwulsten im Unterleib durch Schlangen“ (sic!). Et non modo interpretes id crediderunt, sed, ut confidenter affirmaverim, etiam interpolator, qui illud scripsit. Luce enim clarius est voluisse eum inspecto capite 11 addere supra: „et sanationes hominum serpentibus morsorum“: sed hoc ei non contigit, et sic scripsit, quasi non cap. 11, sed cap. 12 respexisset, ubi re vera *ἑρπετῶν καταθέλξεις* narrantur. Sed etiam si ei contigisset, interpolatio non minus evidenter ex initio subsequentis capitis 11 demonstrari posset.

[1]) Anonymus in translatione, quae prodiit Mannhemii 1783, Vol. VI p. 197.

2. In eodem cap. 9 altera quoque interpolatio lectores adhuc ludificata est.

Resecandum est haud dubie illud *ἐκ τοῦ βουβῶνος.* Nam neque sedent, ut medici loquuntur, omnes *ἐκ παρόδου πυρετοί* in bubonibus, neque possunt ob id ex eis expelli: illud *οἴδημα* autem, si *ἐκ τοῦ βουβῶνος* effugere vellet, ex se ipso deberet evehi: nihil enim hoc loco, ut supra vidisti, inter *οἴδημα* et *βουβῶνα* interest.

3. Tertium additamentum similiter ac primum illud depromptum ex eis, quae subsequuntur, B. I. 211
ut iam ea ipsa misere claudicent efficit in capitibus 13 et 14 huius dialogi. Sed res ipsa F. I. 2 111
tam perspicua est, ut iniuriam facerem lectori, si argumenta adderem: uncinis solum appo- J. III. 200.
sitis quid velim significabo. Pergit enim Tychiades narrare se illi quoque miraculo repugnantem ab alio sic esse correctum:

σὺ μὲν παίζεις, ἐγὼ δὲ αὐτὸς καὶ[1]) *ἀπιστότερος ὢν σοῦ πάλαι τὰ τοιαῦτα. . . ὅμως ὅτε τὸ πρῶτον εἶδον πετόμενον τὸν ξένον . . . ἐπίστευσα. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν αὐτὸν ὁρῶντα διὰ τοῦ ἀέρος φερόμενον ἡμέρας οὔσης καὶ ἐφ' ὕδατος βαδίζοντα καὶ διὰ πυρὸς διεξιόντα; . . . τὰ μὲν γὰρ σμικρὰ ταῦτα τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅσα ἐπεδείκνυτο*

[*ἔρωτας ἐπιπέμπων καὶ δαίμονας ἀνάγων καὶ νεκροὺς ἑώλους ἀνακαλῶν καὶ τὴν Ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παριστὰς καὶ τὴν Σελήνην κατασπῶν;*]

ἐγὼ γοῦν διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Γλαυκίου. . . · ἀνεκάλεσεν ἡμῖν πρῶτον μὲν τὸν πατέρα τοῦ Γλαυκίου πρὸ ἑπτὰ μηνῶν τεθνεῶτα. — μετὰ δὲ τὴν Ἑκάτην ἀνήγαγεν . . . καὶ τὴν Σελήνην κατέσπασε. — τέλος δ' οὖν . . . ἐκ πηλοῦ ἐρώτιόν τι ἀναπλάσας „ἄπιθι", ἔφη, „καὶ ἄγε Χρυσίδα·" καὶ ὁ μὲν πηλὸς ἐξέπτατο, μετὰ μικρὸν δὲ ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη.

εἰ ταῦτα εἶδες, ὦ Τυχιάδη, οὐκ ἂν ἔτι ἠπίστεις εἶναι πολλὰ ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς χρήσιμα.

Ecqua fraus potest esse manifestior?

4. Duo puerilia additamenta influxerunt in suavissimum illum libellum, qui *Μυίας ἐγκώμιον* inscribitur. In tertio enim capite legimus:

ἐκ δὲ αὐτῆς (sc. *τῆς προβοσκίδος*) *ὀδοὺς προκύπτει, ᾧ κεντοῦσα πίνει τοῦ αἵματος·* B. I. 40.
πίνει μὲν γὰρ καὶ γάλακτος, ἡδὺ δὲ αὐτῇ καὶ τὸ αἷμα, οὐ μετὰ μεγάλης J. III, 241.
ὀδύνης τῶν κεντουμένων.

Parenthesi illa non modo quae arctissime, inter se et cogitatione et oratione coniuncta sunt:

ᾧ κεντοῦσα πίνει τοῦ αἵματος οὐ μετὰ μεγάλης ὀδύνης τῶν κεντουμένων

foede disiunguntur, sed tota etiam dispositio elegantissimae descriptionis prorsus pervertitur. Nam a primo capite usque ad quartum describitur corpus muscae, initio deinde quarti capitis agitur de eius ortu, in reliqua demum parte de victu agitur verbis:

σύντροφος δὲ ἀνθρώποις ὑπάρχουσα . . . ἀπάντων γεύεται πλὴν ἐλαίου.

Accedit quod ipsa quoque verborum compositio satis arguit manum minime Lucianeam.

5. Ad eandem manum, si non fallor, referendum est additamentum in cap. 8: B. I. 41.
καὶ γὰρ αἶγες αὐτῇ ἀμέλγονται καὶ ἡ μέλιττα οὐχ ἥκιστα μυίαις [*καὶ ἀνθρώποις*] *ἐργάζεται.* J. III. 241.

[1]) Inverso ordine in omnibus libris legitur: *ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπιστότερος ὢν σου*, restitui supra genuinum transponendo.

B. II. 415. **6.** Ut prior illa interpolatio in Museae Laude deprehensa, ita etiam emblema, quod in librum[1])
J. III, 169. De Luctu irrepsit, conexum cogitationum plane disturbat. Legitur enim in oratione illa adulescentis modo mortui, quem auctor facit *παραστησάμενον τὸν Αἰακὸν καὶ τὸν Ἀιδωνέα πρὸς ὀλίγον τοῦ στομίου ὑπερκύψαι καὶ τὸν πατέρα παῦσαι ματαιάζοντα*, sic:

cap. 18: *ὅρα μὴ τόδε σε ἀνιᾷ καὶ διανοῇ τὸν παρ' ἡμῖν ζόφον καὶ τὸ πολὺ σκότος,*
[κᾆτα δέδιας, μή σοι ἀποπνιγῶ κατακλεισθεὶς ἐν τῷ μνήματι.] χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅτι τῶν ὀφθαλμῶν διασαπέντων ἢ . . καέντων οὔτε σκότος οὔτε φῶς ὁρᾶν δεησόμεθα.

Ipse senties illud *κᾆτα δέδιας . . . . μνήματι* eo quidem, quo legitur loco, ferri non posse; nam nihil omnino cum hac tota cogitationum serie habet commune. Adscriptum fuisse videtur margini subsequentis capitis 19, ubi exstat:

τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος;

Eo igitur revertatur.

B. I. 288. **7.** Inepta sede non minus evidenter convincitur fraus in cap. 6 Anacharsidis.
J. III, 135. Ibi enim Solon rogatus ab Anacharside, ut de utilitate exercitationem ab Atheniensibus in gymnasiis factarum se doceret, ante grandem illam ac praeclaram laudationem (cap. 14 sq.) hoc solum dicit:

οὐ μανία τὰ γιγνόμενά ἐστιν, οὐδ' ἐφ' ὕβρει οὗτοι παίουσιν ἀλλήλους καὶ κυλίουσιν ἐν τῷ πηλῷ ἢ ἐπιπάττουσι τὴν κόνιν. ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα καὶ ἀλκὴν οὐ μικρὰν ἐπάγει τοῖς σώμασιν. ἢν γοῦν ἐνδιατρίψῃς τῇ Ἑλλάδι. οὐκ εἰς μακρὰν εἷς καὶ αὐτὸς ἔσῃ τῶν πεπηλωμένων ἢ κεκονιμένων· οὕτω σοι τὸ πρᾶγμα ἡδύ τε ἅμα καὶ λυσιτελὲς εἶναι δόξει.

Respondet autem Anacharsis:

ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα καὶ τερπνά· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, εἴσεται, ὡς οὐ μάτην παρεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην.

De prima illa utilitate, quam laudare Solon visus est, tacet Anacharsis, ut vides.

Et postquam perrexit Solon:

cap. 10. *χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς* (sc. *τῆς δόξης*) *πολλὰ τὰ δυσχερῆ ἀνασχόμενον ἐν ἀρχῇ τότ' ἤδη τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων περιμένειν.*

Anacharsis ironice interrogat:

τοῦτο φὴς ὦ Σόλων τὸ τέλος ἡδὺ καὶ λυσιτελές, ὅτι πάντες αὐτοὺς ὄψονται ἐστεφανωμένους . . . . . πολὺ πρότερον οἰκτείραντες ἐπὶ ταῖς πληγαῖς.

Liquido apparet ex his verbis a Solone nihil hactenus dictum esse de consilio et utilitate illarum exercitationum nisi generale, ut ita dicam, illud:

ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα et: *ἡδύ τε ἅμα καὶ λυσιτελὲς εἶναί σοι δόξει.*

Et Lucianum ne potuisse quidem illam utilitatem *ἀλκὴν οὐ μικρὰν ἐπάγει τοῖς σώμασιν* primo loco ut summam laudare, ipsa laudatio, quae nunc demum sequitur, demonstrat. E qua unum conferas

cap. 15. *τὰς ἀσκήσεις ταύτας προτεθείκαμεν αὐτοῖς καὶ διαπονεῖν τὸ σῶμα καταναγκάζομεν οὐ μόνον ἕνεκα τῶν ἀγώνων . . ., ἀλλὰ μεῖζόν τι ἁπάσῃ τῇ πόλει ἀγαθὸν ἐκ τούτων καὶ αὐτοῖς*

---

[1]) Pseudo-Lucianeum.

ἐκείνοις προσκείμενοι. κοινὸς γάρ τις ἀγὼν ἄλλος ἐν πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς πολίταις πρόκειται καὶ στέφανος οὐ πίτυος οὐδὲ κοτίνου ἢ σελίνων, ἀλλ' ὃς ἐν αὐτῷ ἔχει συλλαβὼν τὴν ἀνθρώπων εὐδαιμονίαν, οἷον ἐλευθερίαν λέγω αὐτοῦ τε ἑκάστου ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τῆς πατρίδος καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν καὶ ἑορτῶν πατρίων ἀπόλαυσιν καὶ οἰκείων σωτηρίαν, καὶ συνόλως τὰ κάλλιστα, ὧν ἄν τις εὔξαιτο γενέσθαι οἱ παρὰ τῶν θεῶν.

Prae eiusmodi fructibus illi utilitati, ut vides, recedendum erat. Eo magis igitur recedat supra.

8. Perincommodo loco altera quoque adnotatiuncula in contextum huius libelli inferta est. Legitur enim in oratione illa Solonis de educatione puerorum Atheniensium: B. I. 295 J. III 116.

cap. 21. τὴν μὲν τοίνυν ψυχὴν μουσικῇ τὸ πρῶτον καὶ ἀριθμητικῇ ἀναρριπίζομεν καὶ γράμματα γράψασθαι καὶ τορῶς αὐτὰ ἐπιλέξασθαι διδάσκομεν. προϊοῦσι δὲ ἤδη σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας καὶ ἔργα παλαιὰ καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις κατακοσμήσαντες, κατακοσμήσαντες . . . ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς. οἱ δὲ καὶ ἀκούοντες ἀριστείας τινὰς καὶ πράξεις ἀοιδίμους ὀρέγονται κατὰ μικρὸν καὶ πρὸς μίμησιν ἐπεγείρονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ᾄδοιντο καὶ θαυμάζοιντο ὑπὸ τῶν ὕστερον. [οἷα πολλὰ Ἡσίοδός τε ἡμῖν καὶ Ὅμηρος ἐποίησαν]. ἐπειδὰν δὲ πλησιάζωσι πρὸς τὴν πολιτείαν . . .

Sententiola illa per se fortasse tolerabilis, si a Solone (Luciano) esset prolata, prolata certe esset apto loco, in fine enuntiationis antecedentis. Sed iterum ea ipsa sedes, qua legitur, luculentum alienae manus est argumentum.

Adscripta autem videtur ab interpolatore, qui suam ipsius eruditionem ostendere cupiebat, cuius generis complures in Luciano grassati sunt.

At hi homines interdum ne eius quidem loci, quem augere studebant, sensum recte intellexerunt.

9. Manifestum huius stultitiae exemplum tenemus in cap. 11 Charontis. B. I. 319

Ibi enim Charon, qui tum primum aurum vidit, profitetur: οὐχ ὁρῶ ὅτι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν. et ironice addit: εἰ μὴ ἄρα ἕν τι μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. F. III, 2. 100. J. I, 292. S. I. 2. 8.

Hermes autem respondet non minus ironice: οὐ γὰρ οἶσθα, ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ λῃστήρια καὶ ἐπιορκίαι καὶ φόνοι καὶ δεσμά.

Interpolator, si hanc acerbam ironiam sensisset, non potuisset addere:

καὶ πλοῦς μακρὸς καὶ ἐμπορίαι.

Sed eam non sensit atque hoc stulto emblemate totam loci venustatem pessumdedit.

Nihil iuvat Sommerbrodtii coniectura: καὶ πλόες μακροί, qua vitium, ut intelleges, non tollitur.

Ceterum etiam falsa mihi videtur; scripsit enim, ni vehementer erro, interpolator re vera: καὶ πλοῦς μακρὸς cogitans nimirum de Argonautis.

Sequitur etiam καὶ δουλεῖαι, sed aut hoc aut antecedens illud καὶ δεσμὰ necesse est in marginem ablegetur, nam alterum alterius merum est interpretamentum.

10. In cap. 16 eiusdem dialogi narrationi pulcherrime gradatim procedenti praeceps subito interpolatio intervenit totumque illius loci sensum conturbat. Hermes enim ibi, postquam Charonti e Parnasso, Oeta, Ossa, Olympo in ingentem altitudinem cumulatis maria, terram, fluvios, oppida, deinde etiam homines eorumque spes, cupiditates, inimicitias, superbias monstravit, haec omnia irrita ac vana esse illi ostendit verbis: B. I. 321. F. III. 2. 107. J. I. 2. 297. S. I. 2. 11.

ἦν δ' ἀτενίσῃς, κατόψει καὶ τὰς Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων. ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον.

Ad quod Charon: *ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστῳ νῆμα ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνῳ, ἐκεῖνο δὲ ἄλλῳ.*

Hoc in conexu illud *ἐκ λεπτῶν νημάτων* non modo supervacaneum est, sed plane ineptum. Nam quod illo loco vel maxime affirmandum erat, subiectos esse homines omnes voluntati alienae et ex ea pendere, id additis illis verbis *ἐκ λεπτῶν νημάτων* videri potest vel potius videatur necesse est debilitari. Ipse quidem Charon non potest alium eis tribuere sensum quam hunc: vincti sunt, sed tenuissimis tantum filis, quae facillime ob ipsam exilitatem dirumpi possunt; rupto autem tali filo simul deletam esse vitam eius, qui ex illo pependerat, nondum scit; id ei rectissime subsequentibus demum explanatur verbis:

ὁρᾷς δ' οὖν ἀπὸ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας etc.

Sed res perspicua est nec pluribus verbis opus.

B. II, 275. **11.** Apertissime cum ipsis scriptoris verbis pugnat interpolatio in cap. 36 libri[1]) De Saltatione.
J. II, 224. Sed ut evidens fiat, quattuor capita tota fere exscribenda sunt.

cap. 35: *ἃ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ καὶ ὅπως δεῖ ἠσκῆσθαι καὶ ἃ μεμαθηκέναι . . . ἤδη σοι δίειμι, ὡς μάθῃς οὐ τῶν ῥᾳδίων . . . οὖσαν τὴν τέχνην, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀκρότατον ἀφικνουμένην.*
οὐ μὴν οὐδὲ ῥητορικῆς ἀφέστηκεν . . .
οὐκ ἀπήλλακται δὲ καὶ γραφικῆς καὶ πλαστικῆς . . .

cap. 36: *πρὸ πάντων δὲ Μνημοσύνην καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς Πολύμνιαν ἵλεων ἔχειν αὐτῇ πρόκειται, [καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων· κατὰ γάρ τοι τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα τὸν ὀρχηστὴν εἰδέναι χρὴ "τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα", ὡς μηδὲν αὐτὸν διαλαθεῖν ἀλλ' εἶναι πρόχειρον τὴν μνήμην αὐτῶν].*

cap. 37: *ἡ δὲ πᾶσα . . . χορηγία ἡ παλαιὰ ἱστορία ἐστίν, ὡς προεῖπον, καὶ ἡ πρόχειρος αὐτῆς μνήμη τε καὶ μετ' εὐπρεπείας ἐπίδειξις. ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς . . . ἀρξάμενον χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι ἄχρι τῶν κατὰ τὴν Κλεοπάτραν. τούτῳ γὰρ τῷ διαστήματι περιωρίσθω ἡμῖν ἡ τοῦ ὀρχηστοῦ πολυμάθεια.* — Jam sequitur longa omnium Graeciae fabularum enumeratio, quam sic auctor complectitur

cap. 61: *συνελόντι δὲ εἰπεῖν οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ μάλιστα τῆς τραγῳδίας λεγομένων ἀγνοήσει. ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα . . . τῷ ὀρχηστῇ . . . κεῖσθαι ἀναγκαῖον.*

Nonne vides falsum esse quod affirmatur verbis

καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων· κατὰ γὰρ . . . εἰδέναι χρὴ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα?

Minime enim *ἅπαντα* saltatori necesse est meminisse; neque *τὰ ἐόντα* neque *τὰ ἐσσόμενα* ei opus est scire; nam sola *τὰ πρὸ ἐόντα*, sola *ἡ παλαιὰ ἱστορία* est *πᾶσα* eius *χορηγία*.

Sed non solum sensus, sed ipse etiam sermo, illud *πειρᾶται* praecipue, sat evidenter demonstrat totum hunc locum proscribendum esse.

---

[1]) Pseudo-Lucianei, ut plerisque hodie videtur.

Voluit autem haud dubie interpolator, ubi animadvertit, quam eleganter Lucianus versibus Homericis ludat, eundem ludum ludere atque ostendere se quoque, ut nos dicimus, suos poetas nosse.

12. Cum haec fraus superlatione veritatis maxime convincatur, ex contrario convincitur interpolatio, qua narratio insani amoris, quo adulescens quidam in Venerem Praxitelis erat inflammatus, frigide delumbatur.

In cap. 15 et 16 Amorum hanc illius descriptionem invenimus: B. II. 295

ἐκ τῆς ἑωθινῆς κοίτης πολὺ προλαμβάνων τὸν ὄρθρον ἐπεφοίτα καὶ μετὰ δύσιν ἄκων J. II. 301
ἐβάδιζεν οἴκαδε, τὴν δ' ὅλην ἡμέραν ἀντικρὺ τῆς θεοῦ καθεζόμενος ὀρθὰς ἐπ' αὐτὴν διηνεκῶς τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀπήρειδεν. ἄσημοι δὲ αὐτῷ ψιθυρισμοὶ καὶ κλεπτομένης λαλιᾶς ἐρωτικαὶ διεπεραίνοντο μέμψεις. — ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου τοῖχος ἅπας καὶ πᾶς [μαλακοῦ] δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν.

Μαλακοῦ! Proinde quasi tanto amori ulla arbor ad incidendum amatae nomen sit — nimis dura![1])

13. Interpolatio vix minus languida adglutinata est capiti 19 Fugitivorum.

Legitur enim in oratione illa, qua Philosophia philosophos apud Jovem accusat:

ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις δρῶσι [καὶ ἃ μεθύσκονται] μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· καὶ ταῦτα B. I. 217.
ποιοῦσι πῶς οἴει κατηγοροῦντες αὐτοὶ μέθης καὶ μοιχείας καὶ λαγνείας καὶ F. II. 2, 251.
φιλαργυρίας; J. III. 147.

Sommerbrodt, qui sensit his in verbis non recte se habere illud *καὶ ἃ μεθύσκονται*, correxit *καὶ ὡς μεθύσκονται*, sed correxit interpolatorem. Ipse enim Lucianus nihil mihi scripsisse videtur nisi:

ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις δρῶσι μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.

sed revocavisse his verbis in memoriam lectorum omnia illa philosophorum vitia depicta a se in „Symposio“, quod ante Fugitivos scriptum esse, si non aliunde constaret, hoc uno loco probari posset.

14. Etiam insulsius additamentum infertum est in cap. 3 Rhet. Praec. B. I. 66.

Deridet hoc dialogo Lucianus misellos illius aetatis rhetores ita, ut studioso cuidam J. III. 173.
artis rhetoricae, a quo fingit se esse consultum, omnes illorum vanitates — specie commendantis — depingat eique suadeat — ironice nimirum —, ut illas imitetur. Ac duas illi dicit (cap. 7—10) esse *ἀνόδους* ferentes ad Rhetoricam *ἐφ' ὑψηλοῦ* sedentem, quarum:

alteram esse *μακράν, ἀνάντη, ὄρθιον, τραχεῖαν, ἱδρῶτος μεστήν, καματηράν.*
alteram *ταχεῖαν, ἱππήλατον, πλατεῖαν, ὁμαλήν, ἀπράγμονα, εὔυδρον.*

Sed illa ardua ac longa via paucos tantum veterum esse enixos, sicut Hesiodum, Platonem, Demosthenem; iam hac propiore atque iucunda via detecta omnes videlicet bene sanos ea uti. Se quidem ipsum quoque difficili illi se commisisse, sed iam sibi persuasisse se tum fuisse stultissimum.

Huius vere urbanae simulationis ironia omnis una vocula ipso initio a rustico interpolatore addita plane deletur. Legitur enim in capite 3:

οὔ σε τραχεῖάν τινα οὐδὲ ὄρθιον . . . ἡμεῖς γε ἄξομεν . . .. ἀλλά τό γε παρ' ἡμῶν ἐξαίρετον

[1]) cf. W. Müller: „Ich schnitt' es gern in alle Rinden ein“.

σοι τῆς ἀκροπόλεως ταῦτ᾽ ἔστιν. ὅτι ἡδίστην τε ἅμα καὶ ἐπιτομωτάτην καὶ ἱππήλατον καὶ κατάντη . . . ἀντιὼν ἐπιστήσῃ τῇ ἄκρᾳ καὶ . . . ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ . . .

Est sane vera Luciani sententia illam viam esse *κατάντη* et nunquam ob id ea posse ascendi; sed veritati in simulatione non est locus.

Sufficeret iam hoc unum argumentum ad condemnandum illud *καὶ κατάντη*, etiam si non accederet alterum neque id levioris momenti. Reservavit enim Lucianus veritatem in ultimum totius dialogi finem, ubi deposita tandem simulatione palam invehens in rhetores acerbissime profitetur (cap. 26):

θαυμάζεσθε μόνον τοῦτο μεμνημένοι, ὅτι μὴ τῷ τάχει ἡμῶν κεκρατήκατε ὠκύτεροι φανέντες, ἀλλὰ τῷ ῥᾴστην καὶ — πρανῆ τραπέσθαι τὴν ὁδόν!

Patet huius veritatis non minus quam illius simulationis totam vim stulta illa interpolatione frangi. Ergo expunge *καὶ κατάντη*, quod invectum esse vides ob antecedens *καὶ ἀνάντη*.

B. I. 70. **15.** Reliqua huius dialogi pars expletur oratione, qua Lucianus rhetorem eiusmodi ipsum
J. III. 181. facit alteram illam viam commendantem. Haec autem oratio quattuor concepit vitia, quorum unum iam detegam, tria in altera huius dissertationis parte indicabo.

Legitur enim in cap. 14:

ἕπου μόνον . . . μᾶλλον δὲ ἤδη προχώρει μηδὲν ὀκνήσας μηδὲ πτοηθείς, εἰ μὴ προετελέσθης ἐκεῖνα τὰ πρὸ τῆς ῥητορικῆς, ὁπόσα ἡ ἄλλη προπαιδεία τοῖς ἀνοήτοις καὶ ματαίοις μετὰ πολλοῦ καμάτου ὁδοποιεῖ. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν δεήσει. ἀλλ᾽ ἀνίπτοις ποσὶν . . . ἔμβαινε·

In verbis *ὁπόσα ἡ ἄλλη προπαιδεία τοῖς ἀνοήτοις . . . ὁδοποιεῖ* neque pronomen *ἄλλη* potest intellegi, neque intelleguntur, ut grammatice loquar, duo nominativi. Nam *ὁπόσα* nominativus est, est subiectum, non potest esse accusativus; ipsa enim illa elementa, *ἐκεῖνα τὰ πρὸ τῆς ῥητορικῆς*, viam patefaciunt. Ergo alter nominativus ultro excidit. Neque difficile est erroris originem et progressum perspicere. Adscripsit enim, ni fallor, librarius ad verba *ἐκεῖνα τὰ πρὸ τῆς ῥητορικῆς* vocabulum ipsi fortasse usitatum, sed minime bene Graecum sic: *ἄλλως ἡ προπαιδεία*. Deinde factum est quod assolet.

B. I. 197. **16.** A Rhetorum Praeceptore transeamus ad philosophorum discipulum, ad Hermotimum.
F. II. 2. 202. In capite 61 huius dialogi Lycinus, postquam demonstravit Hermotimo singulas philo-
J. I. 502. sophiae scholas non posse ut vina *ἀπ᾽ ὀλίγου τοῦ γεύματος* cognosci totas, sed totam ad id
S. I. 2 151. uniuscuiusque disciplinam esse imbibendam, sic pergit:

ἄλλως τε ὁ μὲν ὅλον ἀξιῶν ἐκπιεῖν τὸν πίθον ὡς κοτύλην πρίαιτο, ζημιώσαι ἂν τὸν κάπηλον . . . . φιλοσοφία δὲ οὐδὲν ἂν τοιοῦτο πάθοι, ἀλλὰ κἂν ὅτι μάλα πολλὰ πίῃς, οὐδέν τι ἐλάττων ὁ πίθος γίγνεται οὐδὲ ζημιώσεται ὁ κάπηλος. ἐπιρρεῖ γὰρ κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον.

ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ ἐμβαλλόμενον οὐ συνεῖχεν, ἀλλὰ διέρρει εὐθύς, ἐντεῦθεν δὲ ἂν ἀφέλῃς τι, πλεῖον τὸ λοιπὸν γίγνεται.

Itane vero? *Πλεῖον γίγνεται? Οὐκ ἐλάττων ὁ πίθος γίγνεται*, ut Lycinus ipse verbis antecedentibus recte dixit. Nam agitur hoc loco de ipsa philosophiae materia, quae communicatione non minuitur, sed eadem semper manet, non agitur de facultate docendi, cui aeque ac *τῇ τοῦ σώματος δυνάμει*, ut legitur in cap. 35 Anacharsidis, *ὅσῳ τις ἂν αὐτὴν ἐξαντλῇ τοῖς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιρρεῖ κατὰ τὸν περὶ τῆς ὕδρας μῦθον*.

Quod cui ex antecedentibus non satis liquet, is conferat quod idem Lycinus infra initio capitis 81 alium facit respondentem philosopho mercedem poscenti:

ἃ ἡμῖν ἀπέλαβες ἔχεις ἔτι καὶ αὐτός, καὶ οὐδὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων.

Quid igitur? Fortasse hunc sensum unice verum nostro quoque loco restituere possumus, si inserimus τοσῷδε vel τοσούτῳ ante πλεῖον.

Sed etiam aliae in illa comparatione insunt difficultates, quae ne sic quidem tolluntur. Obversabatur haud dubie ei, qui illam scripsit, haec oppositio:

ὁ τῆς Φιλοσοφίας πίθος { οὐδὲν ἐλάττων γίγνεται, sed manet plenus, } ἐπιρρεῖ γὰρ τὸ ἐξαντλούμενον.

contra ὁ τῶν Δαναΐδων .. .. vacuus, ἐκ .. .. .. ἐπ .. .

Neque tamen illi contigit, ut ea sagacitate, quam in Luciano admiramur, hanc simplicem oppositionem exprimeret.

In ipsa quoque verborum compositione nonnihil est vituperandum. In verbis

ἐπιρρεῖ γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον, ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος

nominativus ὁ πίθος non habet, quo recte possit referri, et in verbis

ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὸ ἐμβαλλόμενον οὐ συνεῖχεν, ἀλλὰ διέρρει εὐθύς

permolesta est diversitas subiectorum, qua re Sommerbrodtius commotus esse videtur, ut in novissima editione verba ἀλλὰ διέρρει εὐθύς uncinis includeret. Sed partem tantum veri hoc loco vir ille doctissimus observasse mihi videtur.

Equidem habeo persuasum totam illam cum urna Danaidum comparationem non Luciano imputandam esse, sed sciolo alicui eruditionem suam mythologicam ostentanti, cuius interpolatorum generis vestigia iam altero loco supra (Nro. 9) deprehendimus et infra deprehendemus aliis locis haud paucis.

17. Multo leviore mendo corruptum est eiusdem dialogi caput 66. B. I, 199.
Lycinus ibi, ut demonstret Hermotimo ne illud quidem esse ἀδύνατον F. II, 2 208.

ἅπαντας (τοὺς φιλοσόφους) ψεύδεσθαι, τὸ δ' ἀληθὲς ἄλλο τι εἶναι πρὸς μηδενὸς αὐτῶν πω εὑρημένον, J. I, 505. S. I, 2, 153.

hac utitur comparatione: ἔστω ὁ μὲν ἀληθὴς ἀριθμὸς ἡμῖν εἴκοσιν, οἷον κυάμους τις εἴκοσιν εἰς τὴν χεῖρα λαβών, ἐπικλεισάμενος ἐρωτάτω δέκα τινάς, ὁπόσοι εἰσὶν οἱ κύαμοι, οἱ δὲ εἰκάζοντες ὁ μὲν ἑπτά, ὁ δὲ πέντε, ὁ δὲ τριάκοντα λεγέτωσαν . . . καὶ ὅλως ἄλλος ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· ἐνδέχεται μέντοι κατὰ τύχην τινὰ καὶ ἀληθεῦσαι . . . οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν, τοὺς ψευδεῖς καὶ οὐκ ὄντας, μηδένα δὲ αὐτῶν φάναι, ὅτι εἴκοσιν ὁ ἀνὴρ κυάμους ἔχει.

Satis erit verbo admonere delendum esse alterum illud ἄλλον perinepte ex superiore loco repetitum.

18. Tertia corruptela inest in capite 74. B. I, 204.
Loquitur ibi Lycinus de argumentationibus in falsa praemissa positis et docet necesse esse F. II, 2, 219.

ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς σκέψασθαι εἴπερ εἰσιτητέον. Οὐ γὰρ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστην ὅπως ὑμῖν ἔχει προχωρεῖτε ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι . . . οἷον εἴ τις λέγοι τὰ δὶς πέντε ἑπτὰ εἶναι καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ ὅτι καὶ τετράκις πέντε τετταρεσκαίδεκα πάντως J. I, 513. S. I, 2, 159.

ἐστιν . . . οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ. κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα . . . ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ λοιπὰ καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη. κατὰ ταὐτὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης πιστεύετε τοῖς ἑξῆς.

Jam ex his satis, ni fallor, liquet, illud *τοὺς ἐν ἀρχῇ* non recte se habere. Nam de argumentationum praemissis hoc loco agitur, non agitur de tironibus, et haud dubie Lycinus dicere vult non tirones solum a mathematicis sic tractari, sed unamquamque eorum argumentationem hoc vitio laborare.[1])

Ergo illud *τοὺς* aut collato superiore loco in *εὐθὺς* est mutandum, aut plane eximendum est.

B. I. 290. J. III. 138. 19. Non minus falso articulus duobus aliis locis additus est, qui ambo inveniuntur in Anacharside. Atque alter quidem exstat initio capitis 14:

ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, μηδέπω ἐννενοηκέναι πολιτείας ὀρθῆς πέρι μηδέν. οὐ γὰρ ἂν τὰ κάλλιστα τῶν ἐθῶν ἐν ψόγῳ ἐτίθεσο. ἢν δέ σοι μελήσῃ εἰδέναι, ὅπως ἂν τὰ κάλλιστα οἰκηθείη πόλις καὶ ὅπως ἂν ἄριστοι γίγνοιντο οἱ πολῖται αὐτῆς . . .

Extra omnem controversiam positum est alterum illud *τά* delendum esse; qui nihilominus dubitet, is conferat quaeso locum plane gemellum in capite 18 eiusdem libri:

ἐπίστασθαι, ὅπως ἂν ἄριστα πόλις οἰκοῖτο.

B. I. 299. J. III. 153. 20. Ut hoc loco articulus illatus est e priore in posteriorem locum, ita in capite 30 e posteriore in priorem. Ibi enim habes:

ὅπερ ἔφην τὸ κοινὸν ἀγαθὸν καὶ τὴν ἄκραν πόλεως εὐδαιμονίαν. τοῦτ᾽ ἔστιν ὁπότε ἔς τε εἰρήνην καὶ ἐς πόλεμον [τὰ] ἄριστα παρεσκευασμένη φαίνοιτο ἡ νεότης καὶ τὰ κάλλιστα ἡμῖν σπουδάζοντες.

B. II. 145. J. I. 440. 21. Adnectam his locis duos, ubi vocula *καί* neglegenter addita syntactica ratio vitium concepit.

Apolog. cap. 8: ἆρά μοι κράτιστον, ἐθελοκακήσαντα καὶ τὰ ὦτα ἐπιστρέψαντα [καὶ] ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν . . . .;

Hoc loco e Luciani usu *εἶτα* ferri posset, *καί* omnino non potest.

B. II. 316. F. II, 1. 207. J. II. 283. 22. Eodem malo laborat caput 38 Demonactis:

πρεσβύτου τινὸς Ῥωμαίων εὐσωματοῦντος [καὶ] τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάτταλον ἐπιδειξαμένου καὶ ἐρομένου . . . . . . ἔφη.

Ceterum hoc loco qui resecare dubitat illud *καί*, retineat transpositum ante *εὐσωματοῦντος*.

B. I. 79. F. III, 1. 132. J. I. 85. S. I. 1. 60. 23. Aliter comparatus est locus in capite 13 Promethei eodem modo, ut videtur, corruptus.

Prometheus ibi Caucaso affixus cum Mercurio de hoc supplicio colloquitur et veram eius causam profitetur sibi videri, quod homines finxerit; sed Jovem esse ingratum, nam ex

[1]) Confer locos verbotenus paene convenientes Sexti Empirici Adversus Geometr. III. 10, pag. 312: ἐπεὶ οἱ γεωμέτραι . . . ἰδόντες . . . εἰς ἀκίνδυνον εἶναι δοκοῦν . . . πρᾶγμα καταφεύγουσι, τὸ ἐξ ὑποθέσεως αἰτεῖσθαι τὰς τῆς γεωμετρίας ἀρχάς, quem locum primus contulit L. Struve in Lect. Luc. p. 220, et Ciceronis Acad. II. 36. 116: „non quaero ex his illa initia mathematicorum, quibus non concessis digitum progredi non possunt", quem locum cum nostro comparavit L. Praechter in Philolog. LI pag. 289.

illo demum tempore deos coli esse coeptos; fictos sane esse a se homines ad similitudinem deorum, ita vero, ut essent mortales:

ὡς ἔοικε ironice pergit, *τὸ δ᾽ ἐκεῖνον ἧττον θεοὶ εἰσιν οἱ θεοί, διότι καὶ ἐπὶ γῆς τινα θνητὰ ζῷα γεγένηται.*

His ultimis in verbis, ut sana fiat sententia, alterutrum aut *καί* aut *θνητά* oportet abesse. Quamvis autem lenior illa emendatio per se possit videri, verisimilior, ni fallor, est haec ob id praecipue, quod in codicibus *θνητά*, ut solent adnotatiunculae, incerta sede circumfertur; legitur enim in aliis *τινὰ θνητὰ ζῷα*, in aliis *θνητὰ ζῷά τινα*, in aliis *ζῷα θνητά τινα*.

24. De hominibus mortalibus iam descendamus ad mortuos. B. I. 364

In decimo Dialogo Mortuorum Charon et Mercurius cum compluribus mortuis, quos iam traiecturi sunt, colloquuntur, ut cogant unumquemque, priusquam naviculam conscendat, omnia, quae secum portet, aut *ἐπὶ τῆς ἠϊόνος* relinquere aut *ἐς τὴν λίμνην* abicere. Unus ex illis *τρόπαιον* fert; hunc quoque ut abiciat Mercurius admonet, sic autem, ut legitur: F. III. 1. 221 J. I. 207.

ἄφες ὑπὲρ γῆς τὸ τρόπαιον· ἐν Ἅιδου γὰρ εἰρήνη καὶ οὐδὲν ὅπλων δεήσει.

Equidem vix crediderim Mercurium hunc unum manumisisse, ut ascenderet in terram ibique illud *τρόπαιον* deponeret. Contra in loco ille quoque dicto oboediens fuisse videtur, nam Mercurius continuo ad alium se convertit.

Sed in re perspicua non opus est multis verbis: adscriptum est illud *ὑπὲρ γῆς* a magistello sollicito, ne quemquam oppositio cum subsequenti *ἐν Ἅιδου* effugeret. Ne autem eo expuncto quidquam desideres, respice iussa antecedentia:

ἀπόθου τὴν πορφυρίδα, ἀπόρριψον τὸν τῦφον, ἄφες τὴν ὠμότητα, κατάλιπε τὴν δόξαν.

25. In undecimo dialogo Crates Diogeni de duobus captatoribus narrat, qui B. I. 366.

ἐθεράπευον ἀλλήλους τοῦ κλήρου ἕνεκα ἑκάτερος. In responso autem Diogenis legitur: F. III. 2. 5.

ἡμεῖς, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· οὔτε ἐγώ ποτε ηὐξάμην Ἀντισθένην (!) *ἀποθανεῖν .... οὔτε, οἶμαι, σύ, ὦ Κράτης, ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα.* J. I. 213.

Eritne mihi multis verbis opus, ut demonstrem delendum esse illud *περὶ ἀλλήλων*, quod unde natum sit vides?

26. Sensus ipse clamat interlitam esse sordem, qua maculatur cap. 13 De Mercede Conduct: B. II. 130.

κεκράτηκας οὖν ... δεῖ δή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων πόνων μέγιστα ἡλίκα γενέσθαι τἀγαθά F. I. 2. 160.

... πόνων δὲ ἐκείνων καὶ πηλοῦ καὶ δρόμων καὶ ἀγρυπνιῶν ἀναπεπαῦσθαι καὶ τοῦτο J. I. 113.

δὴ τὸ τῆς εὐχῆς ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν.

Quasi vero ex sorde quisquam — requiescat! De corruptela cogitari nequit; equidem nihil inveni, quod recte posset substitui, neque quidquam emblemate illo proscripto desideratur. Invecta autem interpolatio videtur in illum locum, quo de sorde agi omnino non potuit, e capite 24, ubi habemus:

ἕωθεν δὲ ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστάς ... συμπεριθεῖς ἄνω καὶ κάτω ἔτι τὸν χθιζὸν ἔχων πηλὸν ἐπὶ τοῖν σκελοῖν.

27. Eundem fortasse interpolatorem *κοπροφόρον*, ut ita dicam, deprehendisse mihi videor in capite 1 Alexandri, ubi legitur: B. II. 72. F. I. 2. 2.

Σὺ μὲν ἴσως ... μικρόν τι τοῦτο καὶ φαῦλον οἴει τὸ πρόσταγμα, προστάττειν τὸν Ἀλεξ- J. II. 168.

ἀνδρὸς σοι τοῦ Ἀβωνοτειχίτου γόητος βίον καὶ ἐπινοίας καὶ τολμήματα καὶ μαγγανείας ἐς βιβλίον ἐγγράψαντα πέμψαι. τὸ δὲ ... οὐ μεῖόν ἐστιν ἢ τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου πράξεις ἀναγράψαι ... ὅμως δέ, εἰ μετὰ συγγνώμης ἀναγνώσεσθαι μέλλεις καὶ τὰ ἐνδέοντα τοῖς ἱστορουμένοις προσλογιεῖσθαι, ὑποστήσομαί σοι τὸν ἆθλον καὶ τὴν Αὐγέου βουστασίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' ἐς δύναμίν γε τὴν ἐμαυτοῦ ἀνακαθήρασθαι πειράσομαι, ὀλίγους ὅσους τῶν κοφίνων ἐκφορήσας, ὡς ἀπ' ἐκείνων τεκμαίροιο, πόση πᾶσα [καὶ ὡς ἀμύθητος] ἦν ἡ κόπρος [ἣν τρισχίλιοι βόες ἐν πολλοῖς ἔτεσι ποιῆσαι ἐδύναντο].

Quae uncinis seclusi tam vitiose abundant quam male concepta sunt.

B. I. 81. 28. Eiusdem modi interpolatori eruditionem suam mythologicam ostentanti inutile additamen-
F. III. 1 139. tum debetur in capite 20 Promethei, ubi hunc invenies locum:
J. I. 90. Mercurius: *Ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, ὅπως μάντις ὢν οὐ προεγίγνωσκες ἐπὶ τούτοις κολασθησόμενος.*
S. I. 1. 63. Prometheus: *Ἠπιστάμην, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ταῦτα μέν, καὶ ὅτι δὲ ἀπολυθήσομαι αὖθις οἶδα, καὶ ἤδη γέ τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται [σὸς ἀδελφός,] οὐκ ἐς μακρὰν κατατοξεύσων ὃν φὴς ἐπιπτήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν.*

Pro *σὸς ἀδελφός* tres codices cum optimo Marciano 434 = Ω habent *σὸς φίλος*.

Sed utrumque aperte pugnat cum pronomine indefinito *τίς*.

Cur autem non hanc voculam delere maluerim, colligas ex fine dialogi, ubi Mercurius discessurus Prometheum sic alloquitur: *ἐπάγετε οὖν καιρός. εἴη δὲ ἤδη σοι τὸν Θηβαῖον ὃν φὴς τοξότην ἐπιφανῆναι, ὡς παύσειέ σε ἀνατεμνόμενον ὑπὸ τοῦ ὀρνέου.*

Liquido apparet ex his verbis Mercurium, quisnam sit ille Thebanus, nondum scire.

B. I. 422. 29. Sed ubique interpolatores, si quid arguta brevitate dictum est, de suo frigide supplent.
F. I. 1. 146. Manifestum huius vani studii exemplum tenemus in capite 28 Galli. Mycillus ibi Gallo, qui
J. III. 32. gloriatus est se posse quemcunque vellet in unamquamque domum ita introducere, ut omnia ille videret ipse non visus, respondet:

ἐμοὶ δ' οὖν ἢν τοῦτο ἅπαξ παράσχῃς, ὄψει τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μετενηνεγμένα. [μετοίσω γὰρ αὐτὰ παρεισελθών.] ὁ δὲ αὖθις περιτρώξεται ἀποτείνων τὰ καττύματα.

Demonstrare voluit interpolator se intellexisse, sed nos quoque intellegimus nec nobis opus est sapientia interpolatoris.

Quam ne in mythologicis quidem rebus patiemur nobis obtrudi, sed his quoque tribus locis reiciemus:

B. I. 395. 30. Timon cap. 18.
F. III. 1. 157. *Πλοῦτος* ibi dicit: *ἐκεῖνος γάρ ποτε παύσεται ...... κατὰ σπουδὴν ἐξαντλῶν, φθάσαι*
J. I. 51. *βουλόμενος τὴν ἐπιρροήν, μὴ ἐπέραντλος εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν. ὥστε ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ [καὶ μάτην ἐπαντλήσειν] τοῦ πυθμένος μὴ στέγοντος, ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιρρέοντος· οὕτως ... ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.*

B. I. 245. 31. Fugitiv. cap. 10:
F. II 2. 245. *ὅθεν παρ' αὐτοῖς ἡ ἀχρεῖος ἐκείνη καὶ περιττὴ σοφία καὶ ... αἱ ... ἄτοποι ἀποκρίσεις καὶ*
J. III. 441. *[δυσέξοδοι καὶ] λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις.*

B. II. 24. 32. Histor. Conscrib. cap. 10:
F. I. 1. 11. *οὓς οὐκ ἄν τι λάθοι παραδραμὸν ὀξύτερον μὲν τοῦ Ἄργου ὁρῶντας [καὶ πανταχόθεν τοῦ*
J. II. 12. *σώματος], ἀργυραμοιβικῶς δὲ ... ἐξετάζοντας.*
S. II. 1. 6.

Nunquam mihi persuadebitur Lucianum ipsum, quod comparationibus tam eleganter significaverat, idem propriis verbis tam moleste iterasse. Magistellorum exercitationes magis quam Luciani ingenium talia redolent.

Idem cadit in tres locos, ubi exquisitiora vocabula cotidianis videmus explicata.

33. Philopseud. cap. 7: B. I, 212.
ἐλάφου θηλείας ἔτι παρθένου [*καὶ ἀβάτου*]. F. I, 2, 108.
J. III, 196.
34. Ver. Histor. I, 7: B. II, 43.
ἄφθονον δὲ ἦν τὸ ῥεῦμα [*καὶ πολύ*]. J. II, 55.
35. Dial. Mort. XV, 3: S. II, 1, 29.
ἄλλως τε ὁρᾷς τῶν ἑταίρων ὅσοι περὶ σέ ἐσμεν ὧδε, μετὰ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται B. I, 373.
πάντως.[1]) *φέρει δὲ παραμυθίαν καί*[2]) *ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος* [*καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν* F. III, 2, 25.
πεπονθέναι]. J. I, 227. S. I, 1, 147.

Omnibus his locis mera tenemus sciolorum interpretamenta; quae sentis quam procul abhorreant ab elegantibus illis variationibus, quae Luciano sunt in deliciis.

36. Finem faciat locus, ubi totam enuntiationem per se sat claram molestissime ab interpolatore repetitam videbis, in cap. 41 De Mercede Cond.: B. II, 141. F. I, 2, 192. J. I, 433. S. I, 2, 101.

λογίζονται (sc. *οἱ μεμισθωκότες*), *ὡς ἐξαγοράσουσιν* (sc. *οἱ μεμισθωμένοι*) *αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τῆς φύσεως ἀπόρρητα, ὡς ἅπαντα εἰδότες ἀκριβῶς καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπωπτευκότες. ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοί, πορφυρᾶ δ' ἔκτοσθεν ἡ διφθέρα, τὰ δὲ ἔνδον ἢ Θυέστης ἐστὶ τῶν τέκνων ἑστιώμενος ἢ Οἰδίπους τῇ μητρὶ ξυνὼν ἢ Τηρεὺς δύο ἀδελφὰς ἅμα ὀπυίων. τοιοῦτοι καὶ αὐτοί εἰσι, λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι, ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ πολλὴν τὴν τραγῳδίαν σκέποντες.* [*ἕκαστον γοῦν αὐτῶν ἢν ἐξειλήσῃς* (!), *δρᾶμα οὐ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς ἢ Σοφοκλέους· τὰ δ' ἔξω πορφύρα εὐανθὴς καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός*][3]).

Taedium pareret inanis et auribus ingrata iteratio, nisi risum moverent aurei umbelici, quibus interpolator corpora divitum exornat.

[1]) *πάντως* uncinis seclusit Sommerbrodt.

[2]) *καί* omittit codex optimus Vaticanus 87 = 𝔄.

[3]) Partem veri hoc quoque loco Sommerbrodt vidit, qui in novissima editione anno 188[illegible] in lucem prolata uncinis inclusit ultima verba *τὰ δ' ἔξω πορφύρα εὐανθὴς καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός.*
Ipse meam coniecturam iam initio anni 1887 viro doctissimo E. Rohde probavi.

II.

Hanc partem ita instituam, ut primum eos locos proferam, qui mutando, deinde eos, qui supplendo, denique qui transponendo mihi videantur esse sanandi.

Atque initium faciant tres loci, in quibus offensio eiusmodi est, ut etiam de interpolationibus cogitari possit.

B. I, 321. F. III, 2, 107. J. I, 297. S. I, 2, 11. 1. In capite 16 Charontis, de quo supra iam dictum est.[1]) legitur:

ἢν δ' ἀτενίσῃς, καθόψει καὶ τὰς Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας [ἐκ λεπτῶν νημάτων]. ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων.

Ferri nequit pluralis *τῶν ἀτράκτων*; nam cogitarunt sane veteres de compluribus Parcis, sed nunquam de compluribus earum fusis, quod qui nescit eum doceant ex ingenti documentorum copia certissima haec:

Platon. De Re Publ. lib. X p. 617 c: *καὶ τὴν μὲν Κλωθὼ τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἐφαπτομένην συνεπιστρέφειν τοῦ ἀτράκτου τὴν ἔξω περιφοράν. . . . . τὴν δ' Ἄτροπον τῇ ἀριστερᾷ τὰς ἐντὸς αὖ ὡσαύτως. τὴν δὲ Λάχεσιν ἐν μέρει ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἐφάπτεσθαι.*

Pseudo-Aristot. De Mundo 7: *τὰ περὶ τὰς Μοίρας καὶ τὸν ἄτρακτον.*

denique ipsius Luciani praeter hunc ipsum locum, de quo agitur, Jup. Confut. cap. 1:

οὐδὲν ἔστιν, ὅτι μὴ αἱ Μοῖραι διατάττουσιν, ἀλλὰ πάντα ὁπόσα γίγνεται, ὑπὸ τῷ τούτων ἀτράκτῳ στρεφόμενα εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἕκαστον ἐπικεκλωσμένην ἔχει τὴν ἀπόβασιν.

et eiusdem dialogi cap. 4, 6, 11, 19.

Ne autem ulla restet dubitatio, addo etiam in omnibus monumentis adhuc repertis, in quibus Parcae fictae sunt, unum tantum *ἄτρακτον* inveniri.[2])

Quae cum ita sint, illud *ἀπὸ τῶν ἀτράκτων* aut delendum est, quod salvo Luciani sensu fieri potest, aut refingendum in *ἀπὸ τοῦ ἀτράκτου*.

B. I, 70. J. III, 180. 2. Satis miror adhuc intactum relictum esse caput 11 Rhetor. Praecept., ubi omnes editores cum libris mss. exhibent:

τούτῳ τοίνυν προσελθὼν καὶ παραδοὺς σεαυτὸν αὐτίκα ῥήτωρ καὶ, ὡς ὀνομάζει αὐτός, βασιλεὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀπονητὶ καταστήσῃ.

Procul dubio aut eiciendum est illud *ὀνομάζει* aut scribendum *ὡς ὀνομάζει αὐτὸς αὑτόν* vel *ὡς ὀνομάζεται αὐτός.*

---

[1]) cfr. I, 10.

[2]) Welcker: Zeitschrift für Geschichte und Auslegung der alten Kunst I pag. 197 ff.

R. Schneider: Abhandl. des archäol.-epigr. Seminars der Univers. Wien: „Die Geburt der Athene" pag. 34, tab. I, 1 et Baumeister: Denkmäler p. 219 fig. 172.

Wieseler: Denkmäler II, 838a, 840.

Clarac: Musée des sculptures pl. 215, 30.

Baumeister: Denkmäler fig. 523.

3. Initium capitis 3 duodecimi Mortuorum Dialogi sic traditum est: B. I, 363.
Ἀλέξανδρος δὲ πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν ηὔξησε καὶ ἐπὶ πολὺ ἐξέτεινε χρησάμενος τῇ τῆς F. III, 2, 13.
τύχης ὁρμῇ. ἐπεὶ δ' οὖν ἐνίκησέ τε καὶ τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ J. I, 216.
τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρίων προσκυνεῖσθαι ἠξίου. S. I, 1, 140.

Lucianus verbum *κρατεῖν*, ubi significat vincere, constanti usu composuit cum genetivo, ut in huius ipsius dialogi capite 2: *Γαλατῶν ἐκράτησα*, cap. 4: *εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι*, cap. 6: *τῶν Ἰταλῶν ἐκράτησε*. Cum autem nihil causae dicas, cur Lucianus hoc uno loco aliter scribere maluerit, aut hic quoque ad omnium ceterorum normam redigendus est, aut, id quod mihi quidem antecedentia respicienti verisimilius videtur, eliminandum est verbum *ἐκράτησεν* et una cum eo illud *τέ* additum post *ἐνίκησε*.

Non dubia emendatio esse mihi videtur in omnibus reliquis huius partis locis, quoniam ex ipso, qui requiritur, sensu non minus facile tradita lectio redargui potest quam restitui genuina.

4. Falsum tempus verbi invenies in capite 38 Demonactis: B. II, 316.
πρεσβύτου τινὸς Ῥωμαίου εὐσωματοῦντος [καὶ][1] τὴν ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην πρὸς πάσσαλον F. II, 1, 297.
ἐπιδειξαμένου καὶ ἐρομένου· „πῶς σοι, Δημῶναξ, μεμαχῆσθαι ἔδοξα;“ „καλῶς“, ἔφη, J. II, 283.
„ἂν ξύλινον ἀνταγωνιστὴν ἔχῃς“.

Exspectamus aut	*πῶς*	*σοι*	*μεμαχῆσθαι*	*δοκῶ;*
aut	*πῶς*	*σοι*	*μάχεσθαι*	*ἔδοξα;*
Nemo sane poterat ad	*πῶς*	*σοι*	*μεμαχῆσθαι*	*ἔδοξα;*
respondere: *καλῶς*		(*μοι*	*μεμαχῆσθαι*	*ἔδοξας*).
ἂν ξύλινον ἀνταγωνιστὴν		*ἔχῃς.*		
Idem autem caderet in	*πῶς*	*σοι*	*μεμαχῆσθαι*	*δοκῶ;*
Ergo verum est:	*πῶς*	*σοι*	*μάχεσθαι*	*ἔδοξα;*

5. Initio capitis 15 Abdicati exstat: B. II, 161.
τοῦτο γὰρ μείζω οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν, ὃς οὔτε υἱὸς ὢν τότε οὔτε J. II, 110.
ἀναγκαίαν τῆς θεραπείας ἔχων αἰτίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστὼς . . . ὅμως . . . ἐθελοντὴς . . . ἐβοήθησα.

Sine mora pro *ὃς* reponendum est *ὅτι* collato, si exemplo in re evidenti opus est, eiusdem libri capite 1: *ἐκεῖνο δὲ καινότερον νῦν δυστυχῶ, ὅτι ἔγκλημα μὲν ἴδιον οὐκ ἔχω.*

6. In narratione Philopseudis, ex qua natum est venustissimum illud Goethii nostri odarium B. I, 224.
„Der Zauberlehrling“, duo insunt vitia, quorum alterum videbis ex altero ortum esse. F. I, 2, 138.
Narrat enim Eucrates cap. 36: *ἐγὼ . . . λαβὼν τὸ ὕπερον σχηματίσας ὁμοίως ἐπειπὼν τὰς* J. III, 216.
συλλαβὰς ἐκέλευον ὑδροφορεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐμπλησάμενος τὸν ἀμφορέα ἐκόμισε, „πέπαυσο“ ἔφην „καὶ μηκέτι ὑδροφόρει, ἀλλ' ἴσθι αὖθις ὕπερον“. τὸ δὲ οὐκέτι μοι πείθεσθαι ἤθελεν, ἀλλ' ὑδροφόρει ἀεί, ἄχρι δὴ ἐνέπλησεν ἡμῖν ὕδατος τὴν οἰκίαν ἐπαντλοῦν. ἐγὼ δὲ ἀμηχανῶν . . . .

Et finita hac oratione rogatus a Deinomacho:
νῦν οὖν οἶσθα κἂν ἐκεῖνο, ἄνθρωπον ποιεῖν ἐκ τοῦ ὑπέρου; respondet:
νὴ Δία, ἐξ ἡμισείας γε. οὐκέτι γὰρ εἰς τὸ ἀρχαῖον οἷόν τέ μοι ἄγειν αὐτό, ἢν ἅπαξ γένηται ὑδροφόρος, ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλυσθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην.

[1] cfr. I, Nr. 22.

Illud ἐπαντλοῦν eo, quo legitur, loco, ferri non potest, potest ferri solum post antecedens illud ἀλλ᾽ ὑδροφορεῖ ἀεί. Sive autem transpositionem habemus a librario factam sive interpolationem, facta est haud dubie respecto capitis fine: τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην.

Sed hoc ipsum ἐπαντλουμένην iam corruptum erat secundum antecedens ἐπικλυσθῆναι ex ὑπεραντλουμένην, quod unice illo loco verum est. Nam ὕδωρ sane ἐπαντλεῖται, οἰκία vero ὑπεραντλεῖται. Diserte hoc ostendunt hi loci:

De Merced. Cond. c. 2: διηγούμενοι .... ὅσα πράγματα παρὰ τὸν πλοῦν ὅλον ὑπέμειναν ἢ διψῶντες ἢ ναυτιῶντες ἢ ὑπεραντλούμενοι τῇ ἅλμῃ.

Navig. cap. 16: ἐπικλύσας τὸ πλοῖον, ὡς ὑπέραντλον εἶναι.

Timon. cap. 18: φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιρροήν, μὴ ὑπέραντλος εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν.

B. I, 209. 7. Multo levius vitium concepit initium capitis 2 eiusdem dialogi, quod ἐν παρέργῳ emendabo.
F. I, 2, 103. Legitur enim: ἤ που καταντενόηκας ἤδη τινὰς τοιούτους, οἷς ἔμφυτος ἔρως οὗτός ἐστι
J. III, 192. πρὸς τὸ ψεῦδος;

Requiritur ὁ ἔρως οὗτος constanti Luciani usu, cuius exempla in unaquaque pagina abundant.

B. I, 122. 8. Minus aperta est corruptela, qua depravatur cap. 29 Galli. In meditatione illa, qua Simon
F. I, 1, 148. occultatas suas divitias mane perlustrans suspicatur fures eis supervenisse, legitur:
J. III, 34. ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος ταρίχους οὕτω μεγάλους ὠψωνηκέναι χθὲς ἐλέγετο ἢ τῇ γυναικὶ ἐλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν ὅλων;

Num possunt duae enuntiationes, quales: πόθεν ὠψώνηκε. ἃ ἐλέγετο ὠψωνηκέναι; salvo sensu sic contrahi in unam, ut dicatur: πόθεν ὠψωνηκέναι ἐλέγετο? Minime.

Atque hoc quidem vitium evitatur scriptura ὠψώνηκεν ἐχθές; ἐλέγετο δὲ τῇ .... quam complures codices praebent et Lehmannus suscepit. Sed forma ἐχθές nusquam apud Lucianum invenitur.

Id ipsum autem demonstrat vitii sedem positam esse inter ὠψώνηκε et χθές. Quae cum ita sint, lenissima emendatione restituendum esse censeo:

ἢ πόθεν γὰρ ... ὠψώνηκε; καὶ χθὲς ἐλέγετο τῇ ...

Iam vero ipsius vitii sede deprehensa particulae ἢ et δέ adglutinatae, ut locum laborantem fulcirent, ultro excidunt.

B. II, 225. 9. In Toxaride Lucianus Mnesippum, hominem Graecum, cum Scytha illo certantem facit,
J. II, 371. apud utram gentem πλείων sit φιλίας λόγος. Toxaris autem postquam proposuit Mnesippo, ut ex sua uterque gente praeclara amicitiae exempla proferret, sic pergit in cap. 10:

ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἂν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιάν, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου κατὰ φιλίαν κεκρίσθαι.

Illud ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν ferri non posse recte vidit J. Guttentag[1]) et sagacissime coniecit: ὅπερ ἧττης Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν. Sed partem tantum veri vir ille doctus vidit. Nam nihil aliud loci sententia postulat et fert quam

ὅπερ ἧττης Σκύθῃ ἐπιτίμιόν ἐστιν. Ne dubites, inspice quaeso locum plane parallelum:

Saltat. cap. 4: τοῖς ... γευσαμένοις ὄλεθρος ἦν τῆς ἐδωδῆς τοὐπιτίμιον.

---

[1]) In dissertatione: De subdito qui inter Lucianeos legi solet dialogo Toxaride. 1860.

10. Initio Iudicii Vocalium littera Σ accusationem suam sic incipit: B. I. 52.
Μέχρι μὲν . . . ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουὶ τοῦ ταῦ καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἣν ἴστε με φυλάσσοντα πρός τε ὑμᾶς καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς. ἐπεὶ δὲ ἐς τοσοῦτον ἥκει πλεονεξίας τε καὶ ἀνοίας, ὥστε ἐφ᾽ οἷς ἡσύχασα πολλάκις, οὐκ ἀγαπῶν . . . πλείω προσβιάζεται, ἀναγκαίως αὐτὸ εὐθύνω νῦν. J. I. 36.

Absonum est a sententia totius loci illud *ἔνια*, quod qui non sentit conferat caput 7, ubi littera Σ iterum ad priores illas iniurias a littera *T* sibi illatas recurrit his verbis:

μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει . . . . οἰστὸν ἦν μοι τὸ ἄκουσμα.

Tacebat igitur — *ἡσύχαζε* —: non alia tantum eorum, quae tum audiebat, se audivisse dissimulabat, alia vero non dissimulabat, sed dissimulabat se audivisse quaecumque tum audiebat; haec erat illa *μετριότης*, qua gloriatur.

Accedit argumentum repetitum a ratione grammatica: semper enim Lucianus — excepto uno tantum loco, qui tamen, etiam si recte se habet, ad nostrum locum minime facit, Dial. Meretr. II. 4 — *παρακούειν* componit cum genetivo, ut Anach. 31, Hermot. 9, Jup. Conf. 1, 4, 6, 11, 19, Catapl. 7, Merc. Cond. 37, Navig. 11, 14, Philops. 12, Prometh. 2, all.

Quid igitur? Illud *ἔνια* haud dubie corruptum est. Eo expuncto id quod relinquitur *παρήκουον τῶν λεγομένων* optime se haberet; sed de expungendo vix cogitandum est, vix enim demonstres, cur additum sit. Si autem voculam quaerimus, quae non modo facile in *ἔνια* abire potuit, sed etiam bene loci sententiae convenit, nihil aliud reperies quam *ἔτι*, quo restituto sanissime legitur: *μέχρι μὲν . . . ὀλίγα ἠδικούμην . . .. οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην καὶ παρήκουον ἔτι τῶν λεγομένων.*

11. Miror neminem adhuc haesisse in capite 10 Fugitivorum, ubi in oratione illa Philosophiae, de qua supra iam actum est,[1]) legitur: B. I. 245. F. II, 2 245. J. III. 414.

οἱ δὲ (οἱ φιλόσοφοι) ᾤοντο ἀκριβῶς πάντα κατανενοηκέναι, ὅθεν παρ᾽ αὐτοῖς ἡ ἀρχαία ἐκείνη καὶ πρώτη σοφία . . . ἀνεφλέγετο.

Nusquam verbum *ἀναφλέγεσθαι* sic in usu est. Proprium in ea re verbum est *ἀναφύεσθαι*, neque aliud quidquam hoc loco Lucianus scribere potuit quam scripsit in

Jupp. Trag. cap. 10: *προσεδόκουν πολλοὺς ἀναφύεσθαι σοφιστάς.*

Amor. cap. 23: *ἐνταῦθα τοῖς Σωκρατικοῖς ὁ θαυμαστὸς ἀναφύεται λόγος.*

Saltat. cap. 7: *ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι.*

denique huius ipsius, in quo versamur, capitis initio:

μεθ᾽ οὓς τὸ σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ᾽ ὅπως μοι παρενεφύετο.

12. Aliquanto violentior videbitur medela, qua sanandum censeo locum corruptum in capite 15 Rhet. Praecept.: B. I. 73. J. III. 186.

κόμιζε τὸ μέγιστον μὲν τὴν ἀμαθίαν, εἶτα θράσος, ἐπὶ τούτῳ καὶ τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν.
ἀλλὰ καὶ βοὴν ὅτι μεγίστην καὶ μέλος ἀναίσχυντον καὶ βάδισμα οἷον τὸ ἐμόν.
καὶ ἡ ἐσθὴς δὲ ἔστω . . . καὶ βιβλίον ἀεί.
σχήματος μὲν τὸ πρῶτον ἐπιμεληθῆναι χρὴ μάλιστα.

cap. 16. *ἔπειτα δὲ . . . Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας . . . ἐπίπαττε.*

---

[1]) cfr. I, 31.

cap. 18. *ἐπειδὰν δὲ καὶ δέῃ λέγειν, λέγε . . .*

cap. 19. *ἢν δέ ποτε καὶ ᾆσαι καιρὸς εἶναι δοκῇ, πάντα σοι . . . μέλος γινέσθω.*

Prius illud *μέλος*, ubi de habitu agitur, perineptum est. Substituendum propono quod unusquisque nostrum, si lacuna esset, certa emendatione reponeret: *βλέμμα*. Fuit autem olim, ut opinor, lacuna, quam librarius neglegenter respecto antecedenti illo *καὶ βοὴν* e capite 19, ut vides, supplevit. Qui forte dubitet, conferat eiusdem dialogi caput 11, ubi *τὸ σχῆμα* rhetoris a Luciano sic describitur:

εὑρήσεις πάγκαλον ἄνδρα, διασεσαλευμένον τὸ βάδισμα, γυναικεῖον τὸ βλέμμα, μελιχρὸν τὸ φώνημα.

B. I, 197. F. II. 2, 198. J. I, 500. S. I. 2, 149. **13.** Crucem interpretum cognosces in capite 59 Hermotimi. Lycinus ibi, ut supra iam vidimus,[1]) Hermotimo demonstrare studet singulas philosophiae scholas non posse ut vina *ἀπ' ὀλίγου τοῦ γεύματος* cognosci totas, sed totam ad id uniuscuiusque disciplinam esse imbibendam. Sic autem hanc argumentationem incipit:

τὸν οἶνον φῄς τὸν ἐν τῷ πίθῳ ὅλον αὐτὸν αὑτῷ ὅμοιον εἶναι. καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄτοπον· ἀλλὰ καὶ εἴ τις γεύσαιτο ἀρυσάμενος ὀλίγον ὅσον αὐτοῦ, εἴσεσθαι αὐτίκα ὁποῖος ἅπας ὁ πίθος ἐστίν. ἀκόλουθον καὶ τοῦτο καὶ οὐδέν τι ἔγωγε ἀντεῖπον. ὅρα δὲ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο· φιλοσοφία καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες, οἷον ὁ διδάσκαλος ὁ σός, ἆρα ταὐτὰ πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι καὶ[2]) *περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε;*

Et ipse sibi ad hanc interrogationem respondet, sic autem, ut legitur in libris:

πολλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον, ὦ ἑταῖρε· ἢ οὐκ ἂν εἴκοσιν ἔτη[3]) *παρέμενες αὐτῷ . . .. εἰ τὰ αὐτὰ ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη ἄν σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι.*

Multum in eruenda ratione verborum *πολλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον* viri docti sudarunt. Audiamus Fritzschium:

„Jacobsius, qui . . . supplebat *ὅτι πολλὰ γάρ ἐστι. πρόδηλον* —, asyndeton sustulit, rem ipsam non correxit. miro enim errore omnes fere putant verba prorsus absurda *πολλὰ γάρ ἐστι* vel optime se habere, quae Jensius ita vertit: ‚multa sunt excutienda' et hinc Wielandius: ‚Da der Materien, wovon sie zu handeln haben, sehr viele sind'. quasi vero additum esset: *τὰ λεκτέα*. immo vitium hisce verbis inesse verissime ego in Quaestl. L. p. 163 indicaveram, etsi correctio ista probari sane non potest. ceterum postea Lucianum vidi ita prorsus, ut nunc edidi, scripsisse: *πολλοῖς γάρ ἐστι πρόδηλον* i. e. ‚multis enim argumentis id est evidens'".

Verum est quod Fritzsche contra alios disputavit, quod ipse protulit non minus est falsum; nam praeceptorem illum non cotidie de eisdem rebus esse locutum id Lycinus, ut

[1]) cfr. I Nro. 16.

[2]) Falso hoc *καὶ* delevit Cobet Var. Lect. p. 241 eumque secuti Fritzsche et Sommerbrodt collato loco, qui huc minime pertinet, Icaromen. cap. 5: *οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐδόξαζον.* Illo enim Icaromenippi loco de eo agitur, num de eisdem rebus aliae scholae alia et omnibus ceteris contraria defendant. Nostro autem loco Lycinus quaerit, num unusquisque e philosophis, exempli gratia ipse Hermotimi praeceptor, cotidie loquatur de eisdem rebus, ita ut qui semel eum audiverit, totam eius doctrinam habeat cognitam et iam possit ad alium eodem modo perspiciendum transgredi. Hoc non est hercle idem! Ceterum si delere voluerunt viri docti, poterant sane delere totum illud *καὶ περὶ τῶν αὐτῶν*, quo expuncto nihil desideraremus.

[3]) Sic rectissime Solanus pro tradito *εἰκὸς ἔτι* correxit omnesque editores receperunt.

vides, non colligit e *multis* argumentis, sed efficit ex *uno* eo, quod Hermotimus tam diu apud illum perduravit.

Sed res clara est! Verte hoc ipsum, quod modo dixi: ‚Sed res clara est' in linguam Graecam, et restitueris, quod requiritur. Nam nihil aliud Lycinus (Lucianus) illo loco, ubi suam orationem ipse quodammodo interrumpit, dicere poterat quam:

πλὴν ἀλλά γέ ἐστι πρόδηλον.

vel: *ἀλλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον*[1].

Utrumque facillime in traditum illud *πολλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον* abire poterat. Utrum autem hoc loco scripserit Lucianus, in dubio relinquam, cum utriusque elocutionis exempla apud eum inveniantur. Legitur enim initio huius ipsius capitis, in quo versamur:

πλὴν ἀλλ' ὤνησάς γε. et Dial. Meretr. XII, 2:

ὢ τῆς ἀγροικίας τὸ μηδ' ἐπικλασθῆναι δακρυούσης· λίθος, οὐκ ἄνθρωπός ἐστιν.

πλὴν ἀλλ' εἴ γε χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, σύ, ὦ Ἰόεσσα, διέφθειρας αὐτὸν ὑπερεπαινοῦσα.

Dial. Deor. vero XX, 6 habemus:

τότε οὖν ἐγὼ τὴν σύριγγα λαβὼν. ἀποβέβληκε γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ δέους —

ἀλλὰ γάρ, ὁ ποιμὴν οὑτοσὶ πλησίον. ὥστε προσείπωμεν αὐτόν. et Bis Accusat. cap. 26:

ἀλλὰ γάρ, ἵνα μὴ μακρὰ προοιμιάζωμαι . . . ἄρξομαι τῆς κατηγορίας.

Quae sequuntur verba: *ἢ οὐκ ἂν εἴκοσιν ἔτη παρέμενες αὐτῷ* retineri possunt, quamquam melius esset: *οὐ γὰρ ἂν . . .* vel: *ἐπεὶ οὐκ ἂν . . .*

14. Hermotimus me transducit ad alterum huius partis propositum, quo eos locos proferam, B. I, 179.
qui supplendo mihi videntur esse sanandi. F. II, 2, 152.

Duae voculae describentium socordia exciderunt in capite 22, ubi legitur: J. I, 470. S. I, 2, 128.

ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ ξυμπολιτευόμενοι. ἃ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἶμαι, τὰς στάσεις . . . ἐγείρει, . . . ταῦτα πάντα ἐκποδὼν ἐστιν ἐκείνοις. οὐ γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι οὔτε ἡδονὰς οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ πάλαι τῆς πόλεως ἐξελήλακασιν αὐτὰ οὐκ ἀναγκαῖα ἡγησάμενοι ξυμπολιτεύεσθαι.

Non perdam multa verba in re evidenti. Aut expungendum est hoc *ξυμπολιτεύεσθαι*, id quod sine ullo sensus detrimento fieri potest, aut *inserendum*, ut sana fiat oratio, *πρὸς τὸ* inter *ἡγησάμενοι* et *ξυμπολιτεύεσθαι*.

Conferat, cui necessarium videtur, e nube exemplorum oculata haec:

Rhet. Praec. 22: *ὃ δὲ μέγιστον καὶ πρὸς τὸ εὐδοκιμεῖν ἀναγκαιότατον.*

Hippias 5: *ἀναγκαῖος πρὸς ὑποδοχήν.*

Phalaris I, 11: *κινήσεως αὐτῷ . . . ἔδει μόνον πρὸς τὸ καὶ ἔμψυχον εἶναι δοκεῖν.*

15. Uberiorem disputationem poscit locus foedissime omnium truncatus in capite 51 De Histor. B. II, 38.
Conscr.: F. I, 1, 97.

μάλιστα δὲ κατόπτρῳ ἐοικυῖαν παρασχέσθω τὴν γνώμην ἀθόλῳ[2] *καὶ στιλπνῷ καὶ ἀκριβεῖ τὸ κέντρον. καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτά, διάστροφον δὲ ἢ παράχροον ἢ ἑτερόσχημον μηδέν. οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι —* J. II, 44. S. II, 1, 23.

---

[1] Hanc emendationem Sommerbrodt quoque anno 1889 proposuit; ipse meam sententiam iam anno 1887 cum viro doctissimo E. Rohde communicaveram.

[2] Sommerbrodt cum minore parte codicum scripsit *εὐθόλῳ*.

γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἔστι καὶ εἰρήσεται, πέπρακται γὰρ ἤδη, δεῖ δὲ τάξαι καὶ εἰπεῖν αὐτά. ὥστε οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν.

Unus Guelferbytanus alter, codex minoris momenti, verba *τοῖς ῥήτορσι . . . πέπρακται γάρ* omisit dilucido, ut vides, errore.

Retinuerunt tradita illa verba omnes editores praeter Fritzschium, quem secutus est deinde Sommerbrodtius. Immo Hermannus illa defendit probata Gesneri adnotatione: „*τοῖς ῥήτορσι γράφειν* est sub magistro eloquentiae sive rhetore exercitationis causa scribere, ubi et speciem et verba fingere non licet modo sed oportet“.

Sed verba illa, uti nunc sunt, ferri omnino non posse primus vidit Solanus; Madwigius deinde scribendum proposuit:

οὐ γὰρ ὡς παρὰ τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν [ἃ αὐτοὶ εὑρίσκουσιν], ἀλλὰ . . .

supplens igitur verba, quae inferunt sensum, quem traditis ipsis iam subesse crediderunt Gesnerus et Hermannus. Fritzschius denique lacunam inter *ῥήτορσι* et *γράφουσιν* statuendam et his fere verbis explendam esse censuit:

οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι[ν ἔθος ἐπίπλαστα] γράφουσιν.

Mihi omnes hae et interpretationes et mutationes communi eo errore laborare videntur, quod retinetur illud *γράφουσιν*, id est indicativus praesentis, ubi exspectandum est haud dubie aut *γράψουσιν* aut *γραπτέον ἐστίν* aut *γράφειν δεῖ* vel *χρή*.

Nam per totum librum sic scripsit Lucianus, ubi *πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν* exponit, a capite 37 usque ad finem;

ἡμῖν τοιοῦτος . . . παραδεδόσθω — ἔστω — μὴ μελέτω αὐτῷ — ἡγήσεται — τοῦ δὲ συγγραφέως ἔργον ἕν — μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ — τοιοῦτος ἔστω — γνώμην τοιαύτην ἔχων ἡκέτω — κοινωνείτω — ἡ λέξις βεβηκέτω — πειστέον — χρηστέον — συνακτέον — συνυφαινέτω — χρωννύτω — ἐοικέτω — ὁράτω — δηλούτω — σπευδέτω — παρασχέσθω — δεικνύτω — ζητητέον — νομιστέον — ποιήσεται — χρήσεται — ἄρξεται — ἡ μετάβασις κεκοσμήσθω — ἐπανθείτω — ποιήσει — λογίζεσθαι χρή — σωφρονητέον — λεγέσθω — καὶ μῦθος λεκτέος — χρὴ τοίνυν.

Semper etiam Lucianus, ut vides, numero singulari utitur; ergo, ut retineri possint pluralia illa nostri loci *ὥστε οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν*, in antecedentibus requiritur, quo referantur: *οἱ συγγραφεῖς* vel *οἱ ἱστορίαν συγγράφοντες*. Et impigerrime Lucianus, quanquam per totum librum de eisdem notionibus — *ἡ ἱστορία* et *ὁ ἱστορίαν συγγράφων* — loquitur, eas repetit, praesertim ubi, ut nostro loco, oppositio aliqua intercedit: confer exempli gratia unum cap. 8:

ποιητικῆς μέν . . . ἄλλαι ὑποσχέσεις καὶ κανόνες ἴδιοι, ἱστορίας δὲ ἄλλοι. μέγα τοίνυν. μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακόν. εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας καὶ τὰ ποιητικῆς. ἀλλ' ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὸν μῦθον . . . .

Haec omnia suadent, ut Lucianum scripsisse suspicer:

οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γρα-πτέον τοῖς ἱστορίαν συγγρά-φουσιν.

quibus ex verbis tradita nasci potuerunt errore tam manifesto quam frequenti.

Quem offendit repetitio verbi *γράφειν*, is comparet pro multis huius libri locis hos tres: cap. 13: *τὰ γέρατα τοῖς γραφεῦσι παρακελευόμενα ὡς καλλίστας αὐτὰς γράφειν.*

15: *ὁ γὰρ αὐτὸς οὗτος συγγραφεὺς . . . πολλὰ ἀνέγραψε.*

30: τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν . . . . ἐπέγραψεν.

Et si quis obiectum desiderabit, ei satisfacient hi loci:

16: ἀρξάμενος ἐν τῇ Ἰάδι συγγράφειν,

27: ὅπως ἂν ἄμεινον συγγράφοι τις.

61: μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε.

Sed proxima quoque verba:

ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἔστι καὶ εἰρήσεται

sic retineri non posse iam dudum constat. Nihil autem adhuc repertum est, quod aliquam habeat veri speciem. Quod enim coniecit Weiske: ἃ ἔστι, Fritzsche: οἷά ἐστι, Sommerbrodt: οἷα ἔστι, omnibus his coniecturis ipsae loci difficultates non modo non summotae, sed auctae sunt. Nam ut omittam viros illos offensionem, quam affert illud δεῖ εἰπεῖν post εἰρήσεται, ne animadvertisse quidem, ipsa quae intercedit inter πέπρακται γὰρ ἤδη et τὰ λεχθησόμενα ἔστι ratio causalis, ea illis additamentis inde ab initio deletur. Cum vero antecedentia respexeris, invenies nihil effici nisi molestissimam eiusdem cogitationis repetitionem, cum deinceps esset legendum:

ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαῦτα καὶ δεικνύτω αὐτά

et: τὰ λεχθησόμενα οἷά (vel ἅ) ἐστι, τοιαῦτα καὶ εἰρήσεται.

Quas omnes ob causas illis quidem coniecturis locum sanatum non esse persuasum habeo.

Ipse de alia cogitavi, quam proferre non dubito.

Totius loci sensus inest haud dubie in conclusione illa:

ὥστε οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ὅπως εἴπωσιν,

inest etiam quodammodo in subsequentibus:

ὅλως δὲ νομιστέον τὸν ἱστορίαν συγγράφοντα Φειδίᾳ χρῆναι ἢ Πραξιτέλει . . . ἐοικέναι. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐκεῖνοι χρυσὸν ἢ ἄργυρον . . . ἢ τὴν ἄλλην ὕλην ἐποίουν, ἀλλ᾽ ἡ μὲν ὑπῆρχε καὶ προϋπεβέβλητο, ... οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον καὶ ἔπριον . . .

Comparemus igitur verba conclusionis illius cum eis, ad quae referenda sunt: ζητητέον αὐτοῖς ὅπως εἴπωσιν idem est quod δεῖ τάξαι καὶ εἰπεῖν αὐτά (sc. τὰ λεχθησόμενα), ergo relinquitur ipsis illis, de quibus quaeritur, verbis sensus qualis:

οὐ ζητητέον αὐτοῖς τί εἴπωσιν, id est αὐτὰ τὰ λεχθησόμενα.

Ad talem solum sensum quadrat et vel optime quadrat quod sequitur: πέπρακται γὰρ ἤδη. Et inest hic sensus iam in tradito illo ἔστι, corruptum est nihil nisi subsequens εἰρήσεται. Sub eo autem formam verbi εὑρεῖν latere testatur etiam ipsius Luciani locus plane gemellus, Rhetor. Praecept. 21:

οἱ φίλοι δὲ . . . μισθὸν τῶν δείπνων ἀποτιννύωσιν, εἴ ποτε αἴσθοιντό σε καταπεσούμενον, χεῖρα ὀρέγοντες καὶ παρέχοντες εὑρεῖν τὸ λεχθησόμενον.

Maxima igitur cum verisimilitudine cogitari potest pro εἰρήσεται lenissima mutatione scribendum esse εὕρηται et totum locum sic fere esse legendum:

οὐ γὰρ ὥσπερ τοῖς ῥήτορσι γραπτέον τοῖς ἱστορίαν συγγράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεχθησόμενα ἔστι καὶ εὕρηται. πέπρακται γὰρ ἤδη. δεῖ δὲ τάξαι καὶ εἰπεῖν αὐτά. ὥστε οὐ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ὅπως εἴπωσιν.

Nonne concedis omnia iam verissima esse sanissimeque orationem procedere?

16. Lacuna maior statuenda esse mihi videtur in capite 36 Amorum, de quo loco nemo adhuc B. II. 213.
dubitavit. Inde a capite 19 Lucianus duos homines introducit certantes, utrum ἡ σὺν γυναιξὶν J. II. 315

ἀνδρῶν ὁμιλία an *ὁ ἄρρην ἔρως* praeferendus sit. Quorum is, qui prior loquitur, Charicles illam defendit his argumentis:

cap. 19—22: *ὁ ἄρρην ἔρως* fit adversus leges naturae.

cap. 22: *παρὰ τοῖς . . . ζῴοις ἄχραντος ἡ τῆς φύσεως νομοθεσία φυλάττεται λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέουσι . . . ὑμεῖς δ', ὦ μάτην ἐπὶ τῷ φρονεῖν εὐλογούμενοι . . . ἄνθρωποι, τίνι καινῇ νόσῳ παρανομήσαντες ἐπὶ τὴν κατ' ἀλλήλων ὕβριν ἠρέθισθε;*

cap. 23: *ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα τοῖς Σωκρατικοῖς ὁ θαυμαστὸς ἀναφέρεται λόγος . . . ψυχῆς γὰρ ἔρωτα πλάττονται καὶ, τὸ τοῦ σώματος εὔμορφον αἰδούμενοι φιλεῖν, ἀρετῆς καλοῦσιν αὐτοὺς ἐραστάς. ἐφ' οἷς μοι πολλάκις καγχάζειν ἐπέρχεται. τί γὰρ παθόντες, ὦ σεμνοὶ φιλόσοφοι, τὸ μὲν ἤδη μακρῷ χρόνῳ δεδωκὸς ἑαυτοῦ πεῖραν ὁποῖόν ἐστιν . . . δι' ὀλιγωρίας παραπέμπετε, πᾶς δὲ ὁ σοφὸς ἔρως ἐπὶ τὸ νέον ἐπτόηται;*

cap. 24: *πῶς οὖν φρονήσεως μὲν ἢ δικαιοσύνης τῶν τε λοιπῶν ἀρετῶν, αἳ τελείοις ἀνδράσι σύγκληρον εἰλήχασι τάξιν, οὐδεὶς ἔρως ἐντρέχει, τὸ δ' ἐν παισὶ κάλλος ὀξυτάτας ὁρμὰς παθῶν ἐγείρει;*

cap. 25 et 26: *ἐπιδείξω παιδικῆς χρήσεως πολὺ τὴν γυναικείαν ἀμείνω.* —

γυνὴ μὲν οὖν ἀπὸ παρθένου μέχρι ἡλικίας μέσης . . . εὐάγκαλον ἀνδράσιν ὁμίλημα, κἂν παρέλθῃ τὰ τῆς ὥρας, ὅμως „ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον“.

εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπειρῴη παιδί τις, αὐτὸς ἔμοιγε δοκεῖ πασχητιᾶν. σκληροὶ γὰρ οἱ τῶν μελῶν ἀπανδρωθέντες ὄγκοι καὶ τραχὺ μὲν ἀντὶ τοῦ πάλαι μαλακοῦ πυκασθὲν ἰούλοις τὸ γένειον . . . γυναικὶ δὲ ἀεὶ πάσῃ ἡ τοῦ χρώματος ἐπιστίλβει χάρις . . .

cap. 27: *τί δέ; οὐχὶ τῶν ἡδονῶν καὶ τὰς ἀντιπαθεῖς μεταδιωκτέον, ἐπειδὰν ἐξ ἴσου τοῖς διατιθεῖσιν οἱ πάσχοντες εὐφραίνωνται; σχεδὸν γὰρ οὐ κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις τὰς μονήρεις διατριβὰς ἀσπενίζομεν, ἀλλά πως φιλεταίρῳ κοινωνίᾳ συζυγέντες ἡδίω τά τε ἀγαθὰ σὺν ἀλλήλοις ἡγούμεθα καὶ τὰ δυσχερῆ κουφότερα μετ' ἀλλήλων. — αἱ μὲν οὖν γυναικεῖοι σύνοδοι τῆς ἀπολαύσεως ἀντίδοσιν ὁμοίαν ἔχουσι . . . τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἐπὶ παίδων εἴποι τις, ἀλλὰ . . . τῷ ὑβρισμένῳ κατ' ἀρχὰς μὲν ὀδύναι καὶ δάκρυα, μικρὸν δὲ ὑπὸ χρόνου . . . οὐδὲν ἂν ὀχλήσειας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ περιεργότερον εἰπεῖν, γυναικὶ μὲν καὶ παιδικώτερον χρώμενον ἔξεστιν εὐφρανθῆναι διπλασίας ἀπολαύσεως ὁδοὺς ἀνοίξαντα, τὸ δὲ ἄρρεν οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται θήλειαν ἀπόλαυσιν.*

cap. 28: *εἰ δὲ τοῖς ἄρρεσιν εὐπρεπεῖς αἱ μετὰ ἀρρένων ὁμιλίαι, πρὸς τὸ λοιπὸν ἐράτωσαν ἀλλήλων καὶ γυναῖκες.*

Inter ea autem, quae alter respondet, ut haec redarguat (cap. 30—50), legitur in capite 36: *ἐμοὶ μὲν γὰρ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἐπῆει Χαρικλέους ἄλογα ζῷα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος, ὀλίγου δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν φιλονεικίας καὶ μετενόει γενόμενος Ἕλλην. οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος οἷς ἐπεχείρει λέγειν ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ τὸ ῥηθὲν ἔκλεπτεν, ἀλλ' ἐπηρμένῃ φωνῇ λαρυγγίζων „οὐκ ἐρῶσι“, φησίν, „ἀλλήλων λέοντες οὐδ' ἄρκτοι καὶ σύες . . .“.*

καὶ τί θαυμαστόν; ἃ γὰρ ἐκ λογισμοῦ δικαίως ἄν τις ἕλοιτο, ταῦτα τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι δι' ἀφροσύνην οὐκ ἔξεστιν ἔχειν.

Manifestum est vitium in verbis:

Χαρικλέους . . . τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος, ὀλίγου . . . καὶ μετενόει γενόμενος Ἕλλην.

Nam *τὴν ἐρημίαν* Charicles non modo non laudavit, sed vituperavit (cap. 27).

et de Scythis omnino non est locutus. Quid igitur? Sensus, qui inest in *τὴν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος* nullo modo ferri postest; quod autem attinet ad Scytharum commemorationem, haud dubie aut priore illo loco statuenda est lacuna, aut hoc loco interpolatio.

Hoc certum est, quod praeterea effici potest, vel maxime est incertum. Nam omnia sane optime se haberent, si verba *καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν* et cum his ea, quae traxisse videntur: *ὀλίγον δὲ . . . καὶ μετενόει γενόμενος Ἕλλην* ut subditicia in marginem ablegarentur. Sed haec sanatio multo esset violentior, quam ut a quoquam probari posset; nam omnino non intellegeremus, cur interpolatum esset. Attamen de interpolatione mihi videtur esse cogitandum; et interposita credo omnia illa praeter commemorationem *τῆς ἐρημίας*, quae ipsa potius, ut opinor, ansam dedit inserendi. Eiusmodi enim sensum olim exstitisse suspicor: „risum paulo ante mihi movit, quod Charicles bestias ob naturalem earum amorem laudavit ut *φρονίμους* (cap. 22), easdem vero *τὴν ἐρημίαν* earum respiciens concessit *ἀλόγους* esse (cap. 27). Sed restitui hic sensus vix unquam poterit; ego quidem, quoniam *τὸ νόσημα* mihi videtur *ἀνήκεστον καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης*, medici illius consilium secutus (Abdicat. 4) *οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσάπτομαι*.

17. Jam transeo ad ultimam huius dissertationis partem, quam supra indicavi. B. I, 74.

Praepostere legitur in capite 24 Rhetor. Praecept.: J. III, 159.

ἢν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς . . .. θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι οὐκ ἐς μακρὰν σε ἄριστον ῥήτορα καὶ ἡμῖν ὅμοιον ἀποτελεσθήσεσθαι. τὸ μετὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν, ὅσα ἐν βραχεῖ παρέσται σοι τἀγαθὰ παρὰ τῆς Ῥητορικῆς. ὁρᾷς ἐμέ, ὃς πατρὸς μὲν ἀφανοῦς καὶ οὐδὲ καθαρῶς ἐλευθέρου ἐγενόμην . . . . μητρὸς δὲ ἀκεστρίας ἐπ' ἀμφόδου τινός. αὐτὸς δὲ τὴν ὥραν οὐ παντάπασιν ἀδόκιμος εἶναι δόξας

τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρέφεσθαι συνῆν τινι κακοδαίμονι καὶ γλίσχρῳ ἐραστῇ.

2\. *ἐπεὶ δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην*[1]) *ῥᾴστην οὖσαν κατεῖδον καὶ διεκπαίσας ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐγενόμην — ὑπῆρχε γάρ μοι πάντα ἐκεῖνα ἃ προεῖπον ἐφόδια, τὸ θράσος, ἡ ἀμαθία, ἡ ἀναισχυντία — πρῶτον μὲν οὐκέτι Ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι.*

1\. *ἔπειτα δὲ γραῒ συνοικήσας τὸ πρῶτον μὲν ἐγαστριζόμην πρὸς αὐτῆς ἐρᾶν προσποιούμενος γυναικὸς ἑβδομηκοντούτιδος τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. πλὴν ἀλλά γε διὰ τὴν πενίαν ὑφιστάμην τὸν ἆθλον, καὶ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα ἐκ τῆς σοροῦ φιλήματα ὑπερήδιστά μοι ἐποίει ὁ λιμός. εἶτα ὀλίγου δεῖν κληρονόμος ὧν εἶχεν ἁπάντων κατέστην, εἰ μὴ κατάρατός τις οἰκέτης ἐμήνυσεν, ὡς φάρμακον εἴην ἐπ' αὐτὴν ἐωνημένος. ἐξωσθεὶς δὲ ἐπὶ κεφαλὴν ὅμως οὐδὲ τότε ἠπόρησα τῶν ἀναγκαίων.*

ἀλλὰ καὶ ῥήτωρ δοκῶ κἀν ταῖς δίκαις ἐξετάζομαι προδιδοὺς τὰ πολλά . . .. καὶ ἡττῶμαι μὲν τὰ πλεῖστα, οἱ φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ καὶ ἐστεφανωμένοι. τούτοις γὰρ ἐπὶ τοὺς δυστυχεῖς χρῶμαι τοῖς δελέασιν. ἀλλὰ καὶ τὸ . . . δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ τοῦτον ἐκεῖνον τὸν ἀκρότατον ἐν πάσῃ κακίᾳ λεγόμενον, οὐ μικρὸν εἶναί μοι δοκεῖ.

Clamant tempora verborum, clamat totus huius loci sensus transponendum esse sicuti numeris adscriptis significavi. Aberravit librarius ab *ἔπειτα δέ* ad *ἐπεὶ δέ*, deinde quod omiserat simpliciter postposuit.

[1]) Confer quod supra I Nr. 14 et 15 dictum est de capitibus 1—14, et II Nr. 12 de capitibus 15—23.

18. Qui superest locus, in eo videbis non singulas tantum enuntiationes, sed totam totius elegantissimi libri distributionem stulta transpositione foede conturbatam.

Tota enim illa narratio De Mercede Conductis in tres divisa est partes, quas Lucianus ipse indicat in capite 10 his verbis:

ἐπισκοπήσωμεν, οἷα μὲν πρὸ τοῦ εἰσδεχθῆναι καὶ τυχεῖν ὑπομένουσι (cap. 10—13),
οἷα δὲ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες πάσχουσιν (cap. 13—39),
ἐπὶ πᾶσι δὲ ἥτις αὐτοῖς ἡ καταστροφὴ τοῦ δράματος γίγνεται (cap. 39—fin.).

Secunda autem pars iterum divisa est in duas, quarum quodnam utriusque argumentum sit, elicias e verbis, quibus altera introducitur initio capitis 36:

καίτοι φορητὰ ἴσως τὰ τῶν ἀνδρῶν. αἱ δ' οὖν γυναῖκες — καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεται, τὸ εἶναί τινας αὐταῖς πεπαιδευμένους μισθοῦ ὑποτελεῖς ξυνόντας[1] *καὶ τῷ φορείῳ παρεπομένους.*

Evidenter apparet ex his verbis Lucianum in antecedentibus narrasse, quomodo praeceptores illi haberentur conducti a viris: et inveniuntur re vera eiusmodi solum narrationes
B. II, 138. in capitibus 13—32 et rursus in capite 35. In capite 33 vero et 34 descriptum legimus,
F. I. 2. 183. quomodo praeceptor quidam a femina conductus ab ea tractatus sit, et talis narratio sequi-
J. I. 427. tur etiam verba illa capitis 36. Jam ex hac ratione sat manifesto colligas capita 33 et 34
S. I. 2. 97. transponenda esse ita, ut legantur post hanc capitis 36 narrationem, hoc igitur ordine:

cap. 32 + 35 + 36 + 33 + 34 + 37.

Sed accedunt etiam alia, quibus egregie haec coniectura firmatur. Nam primum quidem in cap. 36 Lucianus ne uno quidem verbo admonet se iam antea de conductis a feminis locutum esse: contra ipsis illis, quae exscripsi, verbis a feminis quoque homines doctos per simulationem studii litterarum conduci ut plane novum et inauditum profertur. Ipsa autem illa quae sequitur capitis 36 narratio minime eiusmodi est, ut demonstret *τὰ τῶν γυναικῶν* etiam minus esse *φορητά* quam *τὰ τῶν ἀνδρῶν*, sed eiusmodi sunt narrationes capitum 33 et 34.

At, quaerat quispiam, quomodo tibi haec violentissima transpositio orta esse videtur? Non mihi necesse est ad suspicionem illam sat dubiam refugere, ut duas archetypi plagulas casu aliquo transpositas esse mihi fingam. Nam fraus in propatulo est. Legitur enim in capite 32:

καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει ταῦτα. ἢν δέ που καὶ ἀποδημῆσαι δέῃ. . . . περιμένεις, ἔστ' ἂν . . . τῷ μαγείρῳ σε ἢ τῷ τῆς δεσποίνης[2] *κομμωτῇ συμπαραβύσωσιν.*

In cap. 33 autem narratio invenitur, quae sic incipit:

οὐκ ὀκνῶ δέ σοι καὶ διηγήσασθαι ὅ μοι Θεσμόπολις οὗτος ὁ Στωϊκὸς διηγήσατο ξυμβὰν αὐτῷ. — συνῆν μὲν γὰρ πλουσίᾳ τινὶ καὶ τρυφώσῃ γυναικὶ τῶν ἐπιφανῶν ἐν τῇ πόλει· δεῆσαν

[1] Fritzsche duobus verbis transpositis scripsit: *πεπαιδευμένους ὑποτελεῖς, μισθοῦ ξυνόντας . . . .*

[2] Haec *δέσποινα* eadem est, quae iam saepius in antecedentibus commemorata est, uxor sane vel concubina domini illius, de quo in cap. 13—32 et iterum in cap. 35 agitur: cfr.

c. 12: *εἶτ' . . . αὐτός τε γὰρ ἐπήνεσε — ἔτι δὲ καὶ ἡ γυνὴ βούλεται.*


15: *καὶ ἥ τε οἰκετεία εἰς σὲ ἀποβλέπει — οὐδ' αὐτῷ δὲ ἀμελὲς τῷ πλουσίῳ.*

29: *ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπός τις ᾖ καὶ παῖδες εὔμορφοι ὦσιν ἢ νέα γυνή . . . οὐκ ἐν τηρήσει τὸ πρᾶγμα*

δὲ καὶ ἀποδημῆσαί ποτε τὸ μὲν πρῶτον ἐκεῖνο παθεῖν ἔφη γελοιότατον. συγκαθίζεσθαι γὰρ αὐτῷ παραδιδόσθαι φιλοσόφῳ ὄντι κίναιδόν τινα ...

Luce clarius est transpositionem illam factam esse ob hanc similitudinem, quae intercedit inter cap. 32 et 33. Ipsum autem Lucianum ob eiusmodi causas dilucidam suam atque perfectam dispositionem non conturbasse cui non persuasum est, ei persuadeat ipse disertis verbis, quibus alio huius libri loco a perturbatione perturbatione abhorret, in cap. 6: *λέξομεν δὲ αὐτὰ ἐν τῷ προσήκοντι καιρῷ, ἐπειδὰν καὶ τὰς ἄλλας ... διεξίωμεν.*

Ceterum vix credo quemquam esse, qui de hac coniectura dubitare possit, nisi vero quis opinatur Lucianum ipsum confusionem illam sensisse quidem, sed praemissis verbis: *οὐκ ὀκνῶ δέ σοι καὶ διηγήσασθαι* (cap. 33 init.) excusasse.



Index.